



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119207**

§. 46. Joannis Everhardi Nidardi Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. Charentonii, Rupellis atque in Occi-  
 A.C. 1681. tania præcepit, ut Hugonotarum  
 pueri ac puellæ septimum ætatis  
 annum egressi Sacerdotibus, ut et-  
 tiam de rebus Catholicæ fidei imbuti  
 inter utramque religionem discernere  
 possent, instituendi traderentur, ac  
 postea eis optio fieret, quam velint re-  
 ligionem amplecti: quoniam vero in  
 Sedanensi Academia juventuti dogmata  
 non modo veræ fidei, sed etiam Regni  
 tranquillitati noxia fuissent instillata,  
 hinc Rex præfatam Scholam Jesuitis  
 pollicitus est, omnibusque Notariis,  
 Procuratoribus, ac Curia Ministris  
 significari iussit, ut vel sectæ vel officio  
 suo nuntium mitterent.

## §. XLVI.

*Joannis Everhardi Nidardi Cardi-  
 nalis obitus.**Eggs Pur-  
 pura doctus.*

Prima hujus anni auspicia Joannes  
 Everhardus Nidardus vitæ suæ exi-  
 tialia habuit, Romæ diè trigesimo Ja-  
 nuarii defunctus. Hic in Austriæ Su-  
 perioris arce Falckensteiniana anno li-  
 jus sæculi septimo natus, Societatem  
 ingressus est, ubi emensis studiorum  
 stadiis in Græcensi Academia Profes-  
 sorem aliquamdiu egit, donec Mariæ  
 Annæ Ferdinandi III. Cæsaris Filia &  
 Leo-

Leopoldi I. a confessionibus esse iustus, *Sæc. XVII.*  
 ipsam Mariam Annam Philippo IV. Regi *A. C. 1681.*  
 desponsatam in Hispaniam comitaretur:  
 Quamdiu Rex vita superstes erat, Ni-  
 dardus universæ Aulæ cumulate satis-  
 fecit, eo autem vivis sublato, cum Re-  
 ginæ animo dominari, Regnumque pro  
 supremo arbitrio administrare arguere-  
 tur, ab Aulæ Proceribus, præcipue  
 Joanne Austriaco tam dire impeteba-  
 tur, ut dimisso Inquisitoris Generalis  
 officio a Regno exulare cogeretur, ne-  
 quaquam tamen ab Hispaniæ Regina  
 derelictus, ad cujus preces Edessensis  
 Archiepiscopus, ac demum Cardinalis  
 renuntiabatur, tandem vero annis æ-  
 que ac meritis gravis anno ætatis suæ  
 septuagesimo quarto decessit. Edidit  
 Nidardus quædam in laudem immacu-  
 latæ Conceptionis.

§. XLVII.

*Cæli Piccolominei Cardinalis ex-  
 trema.*

Hunc pari mortis necessitate sequeba- *Old. in con-*  
 tur Cælius Piccolomineus patria *tin. Ciacom.*  
 Senensis, qui literis insigniter imbu- *in vit.*  
 tus, ac Doctoratus laurea, & Magistrali *Alex. VII.*  
 Cathedra in Senensi Gymnasio donatus,  
 ab Urbano VIII. Cameræ Apostolicæ  
 Prælatu renuntiabatur, ab eodemque  
*Hist. Eccles. Tom. LXIV.* Rr ad